



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Evangelistarivm M. Maruli Spalaten. opus vere  
euangelicum, sub fidei, spei & charitatis titulis in septem  
libros partitum**

**Marulić, Marko**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 M 1298**

de denominatione dæmonum a rebus inanimatis. cap. 15.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35578**

sub illa luce dæmonis tenebras latere, & simplicibus laqueum intendi.

De dominatione dæmonū a rebus inanimatis. Cap. XV.

**Gladius.**

Ezech. 21

**Num. 2**

**Clypeus.**

Mons Seir  
Ezech. 35

**Zach. 4**

**Matth. 17.**

**Eph. 3.**

**Profundū**

**P**ostremo ut aptior eius negotia sit, nonnulla nōla petiam a rebus inanimatis sortitus est. Nam & gladium & clypeum appellatum in sacris literis apparet. In Ezechiele: Gladius exacus & limatus ut cædat victimas, & paulo post: Veniat (inquit) gladius regis Babylonis. Hoc gladio impios concidendos minatur dominus, nisi corrigantur. In Naum propheta dicuntur: Clypeus fortium eius ignis. Iste ignitus clypeus homines vrget in libidinem, ut per stupra adulteriaq; traductos mactet gladius exacus. Turpis enim voluptatis finis est interitus, breuissimum est quidem quod delectat, quod autem torquet & excruciat, æternum est Rursum in Ezechiele mons Seir nuncupatur. Hæc dicit dominus deus, Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatum atque defertum. Seir interpretatur hispidus & pilosus. Diabolus quippe Esau pilosi partes secutus aduersus populum Iudeæ, id est confessionis, illos videlicet qui Christum confitebantur, sese erexerat, & montis instar superbia elatus regnabat inter infideles. His autem ad Christum conuersis, ille desolatus est & desertus, quod futurum de eodem monte Zacharias quoque vidit cum diceret, Quid tu mons magne? coram Zorobabel in planum. De Zorobabel enim natus est Christus, cuius virtute concidit regnum diaboli. Hic ille mons est, de quo etiā in euangeliō dicitur. Si habueritis fidem ut granum si napis, dicetis monti huic, transi hinc, & transibit. Non itaque montes per fidem transferendos dixit dominus quid enim id iuuaret? sed diabolum repellendum. Reor hunc ipsum ab Apostolo profundum dici, vbi ad Ephesios scribens ait. Ut possitis comprehendere quæ sit latitudo & longitudo & profundum & altitudo, hoc est, ut queant intelligere & ista media quæ in la

tum longumq; tenduntur, & quæ in imū potestates in feras, & quæ in sublime, angelicas virtutes, vt videlicet, præsentia bene disponat ratione futurorū, in quibus necesse est, aut supplicia pati, aut beatitudine perfrui. Ad hæc pluuiā illam & flumina & ventos in euangelio, quorum impulsu domus mala fundata evertitur, dæmones esse intelligim⁹, qui neminē qdem supplant facilius, quam eos qui in se, cum solubilis arena sint, confidunt, & Christo qui petra veritatis est, non innituntur. Diabolus præterea via peccatorum dicitur dicente psalmista: Viam peccatorum disperdet. & alibi: Via impiorum peribit. Si diabolum sequi desieris, & Christo cœperis adhærere, via peccatoris peribit, & anima penitentis erit salua. Idem humani generis perpetuus hostis, etiam olla ardens dicitur, dicente Ieremias: Ollam succensam ego video. In ea excoquendi sunt habitatores terræ, & non peregrini neque adueniæ, quorum cōuersatio in cælis est. Idē postremo mors appellatus est, dicente dñs: Ecce posui aīn oculos tuos Deut. 30. vitam & mortem, hoc est, me vitam & diabolum mortem. Si ergo Christum tibi elegeris, viues: si diabolū, morieris. de quo Apostolus etiam dixit: Nouissimus inimicus destruetur mors. Illis duntaxat destruetur, q; a dextris iudicis consistere iussi erunt. Aduersum sanctos enim nullum ius ultra diabolo erit, ne tentandi qdem. Quoniam hi cum Christo ibunt in vitam æternam, diabolus autem & angeli eius & omnes impi in ignem æternū. Ac ne plura id genus perquirere otiosum sit, hic ille est, cui nomina mille, mille nocendi artes, cutus viribus quis resistet, cuius insidias quis evitabit, nisi qui fidei speque & reliquarū virtutum armis munitus fuerit & cum aduersario congressurus vincendi fiduciam non in se, sed in deo habuerit. Hæc de nominibus, nunc reliqua distinctius dispositiusque consideranda sunt.

¶ Qd tētationes pati necesse sit, maxie circa principia conuersionis, Cap. XVI.

Pluuiā.  
Flumen.  
Ventus.

Psal. 45.  
Via pētōrē

Olla ardēs  
Ierem. 1.

Deut. 30.  
Mors.